



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. An, quando falso exprimitur gradus conjunctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

est, quando vterque scilicet, esse consanguineos vel affines. Tercio, ut item solum sit obligatio eam explicandi quando copula præcessit supplicationem Pontifici factam, & quando præcessit executionem à Delegato, non verò, quando habita est post executam dispensationem, licet antequam Matrimonium de presenti contraheretur, quia tunc cum præcesserit dispensatio, illa copula non est in rigore intelligenda. Quarto, non esse necessarium explicare numerum copularum cum eadem forte habitatarum, quia hæc multiplicitas cum eadem non affert novum impedimentum juxta ea, quæ nos supra §. 6. num. 3. docuimus. Quinto, non esse necesse, explicare copulam habitatam inter conjunctos conjunctione legali, vel spirituali, vel conjunctione publicæ honestatis, quia hæc non est propriè incestus: ita illi. Sed debere explicari in hac sententia, putat Castropalaus loc. mox citat. num. 7. quia putat, esse propriè in specie incestus.

5. Ex his sententiis priorem sequuntur Doctissimi vi-
ri, ut Pont. l. c. G. Horr. d. 26. diff. 5. Averl. q. 9. 19. feli. b.
Perez d. 46. feli. 7. Diana p. 1. r. 10. refol. 44. Sed p. 4. tr. 4.
refol. 135. fe tertiaat. Et ipse Sanchez, quamvis sequat-
ur posteriore, fateatur tamen, esse hanc probabilem,
saltem de copula occulta, & in foro interno. Postero-
rem verò, quæ est communior, multo plures, ut Sanch.
l. c. & alii 18. citati ab ipso, & ab Barb. in *Voto decif.* 83.
n. 14. & *Voto* 17. n. 57. Fagund. *præcept.* Decal. 8. n. 1.
Castrop. d. 4. de *spōn.* p. vlt. §. 3. n. 4. Dian. *dist.* ref. 135. am-
plectuntur, ita ut ego, sic concludam, sicuti concludit
his verbis Fagundes loc. cit. *Si meum iudicium expet-
es circa has opiniones, dico primam, quæ loquitur de occulta,
& in foro interno, esse valde probabilem secundam proba-
biliorem & ordinariè in praxi tenendam.*

6. Porro illud in omni sententia monendum; Si forte Pontifex in litteris quibus Delegato committit dispensationem exequendam, explicite hanc clausulam inserat: *Dummodo copula non intercefferit, v^o Dummodo non intercefferit, sub p^e facilioris Dispensationis*; Executorem Dispensationis, debere omnino supplicantes interrogare, ipsosque teneri, verum respondere, alioqui nulla esset dispensatio, ut item esset nulla, si interceffisset copula, &c. & ipse dispensaret.

Addit tamen rectè Sanchez, l. 8. d. 25. n. 13. necessariam distinctionem. Nam, quando executor pro foro externo dispensat, non potest interrogare de copula occulta, de qua non addit infamia æquivalens semiplenæ probationi: quod si interroget, poterunt supplicantes negare sub apta æquivocatione, quavis fortè adest aliqua suspicio de illa, nec per dictam negationem vitabitur dispensatio: At quando Executor dispensat pro foro interno, ut solet esse Confessarius per Pœnitentiarium Delegatus; debet interrogare de copula occulta, & supplicantes fateri debebunt, etque supposita, non poterit Confessarius dispensationem exequi, quod, si exqueretur, exqueretur nulliter, ut item nulliter daretur, si falso illam negarent supplicantes. Vide hæc latius apud Sanchez, & Castropalium, aliosque citatos. Idem proportionaliter dicit, quando adest clausula, dummodo non adjuerit spes facilioris dispensationis, de qua plura vide apud Dignam *loc. cit.*

C A P V T X.

*Expressio falsi, quandonam trahit
dispensationem.*

1. **N**uper cap. 8. num. 4. post explicationem causæ finalis, & causæ impulsivæ, Regulam generalem cognoscendi, quandam vitatur gratia à Principe concessa attulimus: illam ergo præsentī argumento sic breviter applica: Nulla redditur dispensatio Matrimonialis ex falsitate, quam proponis, quando illam à Pontifice postulas, si falsitas est in causâ finali, si vero in

causa impulsiva, valida est. Recole omnino recte
dicta, quibus in memoriam redactis, discant
aliquos speciales casus pertinentes ad dictam
nem falsi, ad quam etiam spectant ea quae
rem Pontifici proponuntur.

§. I. Quando falsò proponitur Impedimentum cum
pro altero.

1. **A**ntonius proposuit, se esse Bertæ affinem in
tertio gradu, v.g. cum esset in tertio gradu con-
guineus, obtinuitne validè dispensationem matrimonii
cum eadem Bertæ?

Respondeo nequaquam cum Sanchez lib. 8. *num. 9. diff. 24. num. 5. & 10.* Pvrherr. Conrad. in *Diff. lib. 1. cap. 5. a. num. 71.* & vniuersaliter scito, non esse dispensationem, si vnum impedimentum existeret in alio, quia cum hæc sint impedimenta diuersa, nulla paret Pontificis voluntas in rescripto, per quod possit colligere, ipsum dispensasse in impedimento, quod non fuit ipsi propositum: Excipi tamen hic potest supra diximus in vnico illo casu, quando illud impedimentum inuoluebatur in alio. *Leg. q. illud num. 9.*

2. Neque dicas, Pontificem, si scivisset, *deponendum* ne id dicas, inquam, quia conditio nil ponit in officio purificetur. Cum ergo ea in hoc casu purificata sit, quia Pontifex impedimentum verum nunquam agnovit, ideo remanet, impedimento vero non habito pensatum.

3. Diana p. 1. tr. 10. de legib. ref. 36. V. Nota etiam
tr. 3. ref. 64. sine, putat executorem posse valde ex
dispensationem confanguinitatis, licet in Breui dicat
Affinitatis, sed lege Conradum l. c. qui recte illu-
pugnat. Portella item in Respons. moral. t. 2. col. 49.
ex parte Doria, citatque pro fe Bonacina, sed sine
rationem non affert.

§, II. Quando falso proponitur gradus conjunctio
est unus pro alio.

1. **S**ed quid si error, seu falsitas contingat in gradus ejusdem conjunctionis?

Respondet cum necessaria distinctione; Si in primo gradu proximior expressit remotionem, ut, si in secundo conflagunitatis, expressit tertium, erit dispensatio: vide Sanchez l.c. n. sic enim magis Pontifex non cognosceret quantitate gratia, quam concederet. At, si in prima, pro remotione expressit proximior, etiam adveniret, ut, si commisit in prima exposuisti, esse in secundo, probable est ut habet Sanchez l.c. n. 17. valere dispensationem, quia cum Pontifex non dat, tollere impedimentum, satis videtur colligi, quod tollit in eo strictiori gradu, in quo sine dubio habet quia minus strictus est. Quare in hoc non loquitur Cohradum l.c. n. 94. sententiam oppositam, licet, ut dicitur, probabilius.

§. III. Quando proponitur unica causa falsa.

1. **S**i unica causa dispensandi proponatur Pontificis
 atque hæc vsquequaque falsa, corruit omnino
 dispensatio; cum enim dispensatio semper debeat esse
 falsa, si hæc falsa sit, cum tunc nulla sit dispensatio pro-
 datur.

2. Dixi (vsquequaque falsa) nam pollet esse vera
falsa, sed motiuum, quod apparet in illa pollet esse vera
ex alia causa non posita. Proponis v.g. in Por
dispenſat ad matrimonium inter Antonium, & Anto
niam, quia fecus hæc ob earentiam totius remanet in
nupta; falsa autem est, eam carere dote; verum tunc
est, eam remansuram innuptam, sed ex alia causa, quæ
non fuit, posita, nempe, v.g. ex deformitate, &
grandæ ætate, ex infamia contra ipsam exorta, &
ex simili alio defectu. Tunc ergo valide dicitur dispensari
in Reſponſo